

Initio ab e-
nuntio co-
municatio
posita.

post cum dixisset mater velle se, vt vocaretur iohannes, A
 respondetur. Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc
 nomine. Hec inquam, eius etatis consuetudo fuit, vt
 apparet: nam primis illis saeculis, quae sunt sacris liti-
 eris consignata, nihil legimus eiusmodi: quin ex euen-
 tis consignata, nomina dabantur, sicut Eva pri-
 mum filium suum vocavit Cain, quia p. s. d. inquit, ho-
 minem per Deum, Genesi. 4. 1. tertium vocavit Seth di-
 cens, postquam mihi Deus semen aliud pro Abel, Genesi. 4. 25. &
 Noe a patre suo Lamech vocatus est Noe, quia, s. s. in-
 quit, consolabitur nos ab operibus, & laboribus manu no-
 strarum in terra, cui maledixit Dominus, Genesi. 5. 29. & A-
 braham vocavit filium suum Isaac, quia dixerat Sara,
 visum fecit mihi Deus, Genesi. 21. 4. 5. 6. & Iacob vocatus
 est Iacob, quia fratrem suum in vtero supplantauerat, &
 frater eius Esau vocatus est Edom, quia rufus erat,
 Genesi. 25. 25. & Phares vocatus est Phares, quia ma-
 cenem veteri diuiserat, Genesi. 38. 29. & Moyses vocavit
 primum filium suum Gersam dicens, adiuu me in ter-
 ra aliena; secundum vero Elezer dicens, Deus patri
 mei adiuu me, & eripuit me de manu Pharaonis. Exodi
 2. 22. Sic Ioseph primogenitum suum vocavit, Manaf-
 ses dicens, O iussus me fecit Deus omnium laborum meo-
 rum, & domus patris mei; aliter vero vocavit Ephraim
 dicens, Crederem me fecit Deus in terra paupertatis meae, Ge-
 ne. 41. 51. Eodem modo Anna vocavit filium suum
 Samuel, quia a Deo eum petierat, 1. Reg. 1. 20. Ioan-
 nes igitur more antiquo sicut Noe, & alij sancti, quos
 nominauimus, ab euentu nomen accepit. quod gra-
 tiolus apud Deum futurus esset, vt ver. 13. docuimus.
 Cur autem hoc E. ianglita commemorauerit, his
 verbis Ambrosius exponit. Miri sanctus Euangelista pra-
 mitterendum putauit, quo plurimum nomen patris nomine
 Zachariam appellatum putauerunt. vt aduersus, matri non
 nomen alicuius dixisse degenit, sed id sancto infusum Spi-
 ritum, quod ab Angelo ante Zachariae fuerat praenuntiatum.
 Summa est voluisse Euangelistam indicare omnibus
 amicis, & cognatis repugnantibus, a patre tamen, &
 matre ore Spiritus sancti loquētibz Ioannis nomen
 petierat, vt. 13. & vocabi nomen eius Ioanuen.
 60. Et respondens mater eius.] Respondit sic mater dicitur
 aut quia interrogata fuerat, quod valde vero simili-
 tate est, cum Zacharias mutus, aut surdus commode in-
 terrogari non posset: aut quia ipsa ex puerperio de-
 cubens consultantes de vocando filio nomine pa-
 tris sui Zachariam inaudiuit: aut quia Hebraico idio-
 mate respondere dicitur, quisquis etiam non interro-
 gatus, etiam nemine ante locuto aggreditur loqui.
 Nequaquam sed vocabatur Ioannes.] Nequaquam ab Angelo
 ipsa audierat, vocandum esse Ioannem, qui in solo
 templi adyto solus cum solo Zacharia locutus fuerat,
 nequaquam Zacharia, qui mutus, ac surdus erat. Reliquū
 ergo est, vt cum Spiritu sancto impleta fuit, ver. 41. totu-
 m mysterium per reuelationem cognouerit, quod
 prius Angelus Zachariae declarauerat, quo scilicet no-
 mine puer vocandus, & quantus, ac qualis vir futurus
 esset, vt O. ignes homil. 9. Ambrosius, Beda Euthy-
 mius, & Theophyl. etus obseruauerunt. Et quidem ille,
 inquit Ambros. in eius imitare vocabulum filij nequiu-
 rit, s. d. per p. obediēt. Et Iacob dicitur, quod non didi: erat
 a marito: Ioannes est inquit, nomen eius, hoc est, non ei nes
 nomen imponimus, quia iam a Deo nomen accepit. Habet vo-
 cabulum suum, quod agnouimus, non quod elegimus. Habent
 bo. merita sanctorum, vt a Deo nomen accipiunt.

Hebraicis
id.

Sancti d
Deo nomen
accipiunt.

& mater, quia non tam carnales quam spirituales pa-
 teres erant. gratiam, no carnem sequuntur, & Ioan-
 nem, quasi gratiosum, quem admodum Deum velle
 intelligebant, vocandum esse contendunt.
 62. Inuocabant eum.] Nutibus, ac signis interroga-
 bant, quia non solum mutus, sed surdus etiam erat,
 quemadmodum p. obanitus ver. 20. Ioanuen scri-
 pro existimat Zachariam interrogatum.
 — Placuit matri iure iussu parentis
 Consultare, scriptis, rogans edi. eto nomen.
 63. Es postulant pugillarem.] Pugillarem tabellam qua-
 les hodie memorie causa apud nos esse solent. Quia
 loqui non poterat, & volebat, vt alio, quam quo An-
 gelus insisterat nomine vocaretur, pugillarem vt scri-
 beret postulat. Theophyl. At quomodo postulat? nutibus, & signis, inquit Euthymio.
 Ioannes est nomen eius.] Non dixit, sit aut erit, sed est,
 vt indicaret, non se tunc nomen imponere, sed ante
 ab Angelo impostum declarare: & non possi mutare
 homines, quod decretum a Deo esse, vt ex Ambrosio
 paulo ante recitauimus.
 Et mirati sunt v. uerbi.] Intelligentes nomen non ab
 hominibus, sed a Deo positum esse, quanto & mater,
 cum nemo in tota gente sua esset, quo eo nomine vo-
 icaretur, Ioannem tamen vocari voluissent: & Zacha-
 rias ignorans, quid Elisabetia respondisset (Iustus
 quippe erat) idem scripsisset nomen; Theophyl. & Euthy-
 mius: & cum patrem audissent dicentem, Ioan-
 nes nomen eius esse, id est iam a D. uo id nomen ac-
 cepisse.
 64. Apertum est autem illius.] Quod dicit illico, in-
 dicat ipsam nominis impositionem causam fuisse, vt
 impedita prius Zachariae lingua solueretur, quemad-
 modum veteres auctores obseruauerunt. Origenes ho-
 mil. in Lucam. 9. Gregorius Nazianzenus oratione
 prima de pace, Ambrosius & Beda in commentar. &
 Maximus hom. prima de patientia Ioannis B. p. t. l. z.
 Reclē, inquit, vox dicitur, cuius insonante praeterea sacra-
 mentum redemptionis humane salutis dudum capiti auctore
 mortuatis. Vt enim venerandus Basilius multo patri apertum
 linguam, in aures hominum saluti erit gratia non nouit an-
 dita. Et homilia 2. Quid inquit, illud quanto est stupro-
 mirandum, quod Zacharias ipse, dum praesens forem salutem
 in verbis concipiendum sentit, alio paulo dudum capiti auctore
 repente tacuit, ut autem obmutaret, ne ipsi non loquēdi re-
 ceperet, nisi nomen pueri, quo vocandus esset, ei usi oris
 vincula relaxasset? Atque ita factum est, vt os, cordale,
 quod trepidatio colligauerat dubitantem, meritum filij nascen-
 tis absolueret, & reparata patris lingua in se suo glo. m. t. s. r.
 flaretur. Videtur Ioanuen existimare Zachariam non
 scripsisse nomen Ioannis, sed cum scribere tentaret,
 restitutum illi fuisse nomen: aut certe simul & scri-
 pisse nomen, & loquēdi recuperata facultate pron-
 tialisse.
 Sed pro miris fides, tabulam cum scribere tentat,
 Implicatam soluit per verba sonantia lingua.
 Eadem auctor librorum de mirabilibus scripte. vt utre
 videtur lib. 3. c. 1. illud primum Euangelistae re pugnāt,
 qui Zachariam nomen pueri scripsisse ait. Secundum
 est vero simile. De auditu restitutum nihil dicitur, sed
 credendum aures etiam eius, quae simul obclusae fue-
 rant simul apertas, vt Euthymius admonuit.
 65. Et factus est timor.] Gaudium potius quam ti-
 morem inde nasci oportebat. Sed timor sic vocatur et
 Hebraeorum idiomate religio, reuerentia. Quasi dicat,
 eare cognita impletos fuisse omnium animos religio-
 intelligētes tot signis nō posse, nisi singulare aliquid,
 & admirandū a Deo portendū. Videtur Elisabetiam
 stenilem, senemq; peperisse. Viderant matrem factam
 propter incredulitatem Zachariam, videtant matrem
 nouum

Ponere in
corde quid
sit.

Manus Do-
minus quid
sit.

Ind. 14. 6.
19. & 25.
24.
Ezech. 11. 5.

Impostio
nominis
causa reddi
aut 6. ver. 4.

Zach. 11. 12.
Euangel.

Timor pro
religione
Hebraicis.

Ponere in
corde quid
sit.

nouum, & inuitatum infanti nomen impostuisse. Vt
 detant patrem idem scripsisse nomen, indicasset; id
 ab Angelo datum fuisse. Viderant statim eius loquiam
 linguam. Magnam haec omnino religionem animis ho-
 minum ingenerabant. Similem phrasim apud Mar-
 cum c. 4. 40. & c. 5. 35. adnotauimus.
 Omnia verba haec.] Res omnes has quae in Ioanis co. ce-
 ptu ortu; contigerant, quas paulo ante exposuimus.
 66. Et postuerit omnes qui audierant in corde suo.] Re-
 putabat apud animū suū quid ea sibi vellent, quidue
 futurum portenderent, quae de pueri illius mirabili
 conceptione, ortu; ferebantur. Ponere in corde ali-
 quid, aut e contrario ponere cor ad aliquid Hebrais-
 mus est, quo significatur de eo cogitare, infra ca. 9. 44.
 & 21. 14. Proetiorum 24. 32. Aggai 2. 19. Ezech. 40.
 4. & 44. 5. Danielis 6. 14. & 10. 12.
 Quis puer sit, quis erit?] Quantum futurus vir, quan-
 tus Propheta, quifor conceptus, tuo natus miraculis
 esse dicitur?
 Etenim manus Domini erat cum illo.] Verba sunt Lucae
 rationem reddentis, quam obrem omnes apud se co-
 gitarent, quae de Ioāne dicebantur, dicerentque, Quis
 puer sit, quis erit? Manum Domini eius potentiam si-
 gnificare tam notum est, vt opus non sit exemplis. Ali-
 quādo manus etiā Domini prophetia vocatur, quod
 impetu quodam ac vim hominem irruat; vt solet scri-
 ptura loqui dicentis, Irruit in eum Spiritus Domini. Huius
 significatus multa apud Prophetas exempla leguntur
 Ezech. 3. 3. & 22. & 37. 1. & 40. 1. Vterq; sensus coeuenit
 in hunc locum. Nam & dei potentia, & spiritus pro-
 phetae cum Ioanne fuisse vere potest significari. Ca-
 terum non dicuntur cum illo fuisse, quod aut ipse mi-
 racula faceret, aut futura praediceret (quamquam lin-
 guam pati soluisse, quia graues dicitur Auctores, ne-
 gandum esse non arbitror) sed quod singularia in eo
 diuine potentiae, & prophetiae signa cernerentur. An-
 gelus patri vilis, infansq; coeceptionem annuntians.
 Zacharias prius mutus, deinde non solum loquētes, sed
 de his sane ipse prophetas. Sterilis, & anus patiens.
 Nomen diuinitus impostum. Hec enim omnia mag-
 nam in eo Dei potentiam declarabant, singularemque
 iam cum Propheta futurum portendebant.
 67. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto.]
 Tunc. Nam ante impletum fuisse, aut propheta esse
 non legitimus. Et quidem eadem causa credendum est
 Spiritum sancto repletum fuisse, quod loquēdi recupe-
 rauit facultatem. Quod nomen filio Ioannis impo-
 suisset, quasi manu sua subscribens, atque confirmās,
 quod ante ab Angelo dictam credere noluerat. Vide,
 (inquit Ambrosius) quā bonus Deus, & facilis indulge-
 re peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam in se rata
 concedit. Ille dudum mutus propheta; haec enim gratia Dei
 maxima, quod cum qui negauerat, constituitur. In eandem
 sententiam scribit Beda. Quanta, inquit, supereminuerit
 est largitas, si prompta ad accipiendum nostra fides sit pietas?
 Ette loquela, quae sola est ablata discedenti, cum spiritu pro-
 phetae est restituta credenti. Quo sensu Zacharias Spiritu
 sancto repletus fuisse dicitur, supra docuimus ver. 28.
 Dixit autem hoc Euangelista, vt intelligeremus ea om-
 nia, quae paulo post Zacharias cecinit, ex Spiritu
 sancto fuisse profecta.
 Et prophetae dicit, non quod quid-
 quid in hoc caetico dicit prophetae fuit, multa enim di-
 cuntur, quae ad laudes potius Dei, quā ad prophetiam
 pertinent, vt illud ipsum exordium, Benedictus Dominus
 Deus Israel. Quia quoniam illi ipse laudes ex eodem pro-
 phetae spiritu profectae sunt, & suo quodam modo,
 dum prophetiam orant, ad illam pertinent. Sic totu-
 m carmen prophetae dici potest.
 68. Benedictus Dominus.] Benedicatur, aut laudetur

Dominus. Vel, dignus est Dominus, vt benedicatur, atque laudetur. Hoc enim est Hebraicè בְּרַכָּהוּ
 vt, Benedictus, qui venit in nomine Domini, Matth. 23. 39
 & Marci 11. 9. Alia exempla in promptu sunt, Plal. 7.
 47. & 27. 6. & 30. 22. & 40. 14. Exordium ad gratiarum
 actione: quia magnum erat Dei beneficium, quod
 praedicabat.
 Deus Israel.] Deum Israel vocat, non quod Iudzo-
 rum tantum, non omnium etiam hominum Deus esse-
 set, vt ait D. Paulus Romanorum 3. 29. sed quia in solo
 Israē colebatur. Itaque descriptio est veri Dei. Nam
 solus Deus Israē verus erat Deus. Gentilium Dii idola
 erant, aut, vt ait Dauid, Psalm. 95. 5. demonia, quem-
 admodum Euthym. animaduertit. Sic Darius Dani-
 elis 6. 26. publico edicto constituit, a me constitutum
 est decretum, vt in vniuerso imperio, & regno meo, trans-
 eant, et panteant Deum Danicla. Ipse est enim Deus viuens,
 & aeternus in saecula. Cum vocat Deum viuentem, indi-
 cat ceteros omnes Deos mortuos esse, quia, vt ait Da-
 uid Psalm. 115. 12. Os habent, & non loquentur, oculos ha-
 bent, & non videbunt. Alia potuit esse ratio, cur Deum
 Israē appellauerit, quia hoc nimirum epithetum ad
 rem, de qua agebatur, pertinebat; agebatur autem de
 redemptione potissimum Israēlis, sicut statim Zacha-
 rias dicit, Quia visitauit, & fecit redemptionem plebi sua.
 Sunt, qui velint alius hunc hoc nomine Zachariam ad-
 factus illud Dei cum Abraham Gen. 17. 7. Et firmum
 pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum postere in
 generationibus suis, sedere sempiternum, vt sim Deus tuus, &
 seminis tui postere. Vt indicaret propter factus illud Deū
 populū suū visitasse, vt ait ver. 32. Ita Plal. 40. 14.
 Benedictus Dominus Deus Israel a saeculo, & usque in saeculum.
 & Plal. 17. 18. & 105. 48.
 Quia visitauit.] Libertauit, redemit, vt statim sequi-
 tur. Hebraicus est, qui & in bonam, & in malam
 partem accipi solet. Cum in bonum accipitur, signifi-
 cat beneficio alicuius efficere, aut assidue opē fer-
 re, miserum liberare, aut redimere, vt Genesi. 21. 1. &
 50. 23. 24. Exodi 31. 6. & 43. 1. Plal. 8. 5. & 64. 10. & 79.
 15. & 105. 4. Sic accipitur hoc loco. Beda, Visitauit in-
 quit, Dominus plebem suam, quasi longa infirmitate tabe-
 scentem, & quasi venditam sui peccato vnicui filij sui sangui-
 ne redemit. Cum in malam sumitur partem, significat
 contratio assilgere, penas quasi iudicem ab aliquo
 exigere, Exodi 20. 5. & 32. 34. Isaia 23. 17. & apud Pro-
 phetas passim.
 Et fecit redemptionem plebi sua.] Plebi suae dicit, cum
 omnibus etiam gentibus redemptionem fecisset, idq;
 Zacharias non ignoraret. Erat enim lux vera quae deo
 veniebat, vt illum inaret omnem hominem venientem in
 hunc mundum, Ioannis 1. 9. erat propitiatio pro peccatis no-
 stris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mū-
 di, 1. Ioannis 2. 2. & vnus pro omnibus mortuus est, 2. Co-
 rinth. 5. 14. 15. & dedit redemptionem sempiternam pro om-
 nibus nobis, 1. Timoth. 2. 6. Quia primum venit, vt redi-
 meret plebem suam Israē, illiq; soli praesentiam suam
 exhiberet. Nam alias gentes non per se, sed per Apo-
 stolos, & Apostolorum successores visitauit. Et Israē
 quidem quodammodo ex debito redemit, quia suū
 illi promiserat aduentū, alias vero gentes ex sola libe-
 ralitate. Theophyl. Vide quae diximus Matth. 10. 6. &
 Matth. 15. 24. Cur praetertio tempore vnus sit Zecha-
 rias, cum de re futura, id est de morte Christi, qua nos
 redemit, agi videtur, nōnulli quaerunt. Beda, & Stra-
 bus causam hanc esse putant, quod redemptio est facta
 non erat, tamen erat in proximo, vt perinde esset, ac si
 facta iam fuisset, ideo de illa tanquā de praetertita Za-
 chariam loqui. Lyranus, & alij locutum esse Prophe-
 tarum more, qui de rebus futuris propter certitudi-
 nem euentus, tanquā de praetertitis vaticinatur. Porius
 B ego

75

Prophecia etiam praterita

Cornu regni potentia Hebraica

Pro Regni potentia et regni gloria

3 Reg. 19. 14. 4. Reg. 19. 3. 4. Reg. 22. 2.

ego existimo Zachariam rem iam praterita significat. Dicit enim Deum fecisse redemptionem plebi suae non quod redemptio ipsa, quae non nisi morte, & resurrectione Christi perfecit fuit, absoluta esset. sed quod inchoata, quod iam redemptor venisset. Itaque Deus quantum in se erat, missio iam filio suo redemptionem fecerat: tantum reliquum erat, ut Christus moreretur. Eodem sensu dixit Simeon c. 2. 3. o. se vidisse salutare Dei, id est salutem, & redemptionem à Deo missam, quia nimirum redemptorem viderat. Non ergo est propheta, dicit aliquis, si de re praterita loquitur. Nemo nescit, & Gregor. al. ique Anctores multi monerunt, etiam reum prateritam esse prophetiam, cum eiusmodi sunt, ut non possint, nisi Deo revelante cognosci, qualis haec erat. Nam scire iam tum venisse redemptorem, cum adhuc in matris utero lateret, nemo nisi propheticis spiritu potuit. Quare recte Origines in homilia 10. in Lucam obsecuravit, duas contineri in hoc cantico Zachariae prophetias, alteram de Christo, de Ioanne alteram; illam de re praterita, hanc de futura à se.

69. Et erexit cornu saluti nobis.] Cornu potentia Hebraica phraasi significat, i. non igitur, quia, ut ait Theophylactus, quae animalia cornuta sunt, ea in cornibus totum ferre robur habent. Exempla sunt multa Psa. 43. 6. & 74. 6. 11. & 13. 17. & 14. 8. 14. Sic multi hoc loco accipiunt, id est ego confitendo. Cornu igitur salutis appellatur, cornu salutare, id est divina animas, utque potentia, quae nobis salutem affert, ut Psa. 17. 3. Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum; procectur meus, & cornu salutis mea. Erexisse autem hoc cornu Dominus dicitur, quasi pius deus datus fuisset, dum opem populo suo non ferebat, nunc vero quasi erectum, & in sublime sublatum appareret. A. tauris est ducta metaphoram, qui quo robustiores, & ferociores sunt, eo altius extollunt cornua. Sic loquitur David Psa. 74. 5. 6. 11. & 88. 18. 23. & 111. 9. Significat etiam cornu regnum, aut Regem, siue regni gloriam, aut quia, ut Beda, Theophylactus, & Euthymius existimant, cornu olei Reges inungebantur. i. Regum 16. 1. 13. & 3. Regum 1. 39. aut quia Rex, ut ego arbitror, tota gloria, totum robur est Regni. Hic etiam sensus recte in huc locum congruit, eo etiam magis fortasse quam alter, quod mysterium magis exprimit, dum non quodcumque à Deo auxilium, sed ille ipse tam diu expectatur Christus salutem declarat. Et quod videatur ad Davidis promissionem alludi Psa. 131. 17. Illic producam cornu David, paravi lucernam Christo meo: & quod hoc sit propter erigere factum iam quodammodo ludaeorum cornu, id est regnum efficiere, ut repullularet, & crescat, quo sensu dixit Ihuas cap. 11. 1. Egredietur virga de radice Iesse, & quod statim sequatur, in domo David pueri sui, & quod sequenter scriptura per cornu regnum significet Danielis 7. 8. 24. & 8. 3. 8. 2. 2. 21. & Ezechielis 29. 21. Et quod pl. riq; Auctores ad hunc modum hic interpretentur, Beda, Theophyl. Euthy. in domo David.] In familia David, cui regnum promissum erat. Psa. 88. 36. 37. 38. & Psa. 131. 11.

Pueri sui,] Serui, aut ministri Iesu, seruum autem, aut ministrum Dei Davidem vocat. non solum, quia Deo placuerat, sicut omnes sancti Dei serui vocantur vsq; adeo, ut Deus quodammodo gloriatetur se vitum invenisse secundum cor suum, & omnes Reges boni dicerentur in visio Domini ambulasse, iuxta omnia, quae fecerat David servus eius; sed etiam quia minister fuerat Dei in eius populo gubernando, Psa. 77. 70. 71. Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus omnium, de possessantibus ei: cepit eu passeret Iacob servum suum, & Israel hereditatem suam: & quia in ea ipsa re Christi personam gesserat, & illustrissima illius figura fuerat. Ita

proflus, ut Christus multis locis David appelletur, & eo nomine populo promittatur, Ierem. 30. 9. & Ezechielis 34. 24. & 37. 24.

70. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à saeculo sunt Prophetarum.] Hyperbaton est, ad hunc modum resoluendum. Sicut locutus est per os sanctorum suorum Prophetarum, qui à saeculo fuerunt. Particula sicut, aut ad praecedentia refertur potest, nempe ad illud, Erexisse nobis cornu salutis, ut Euthy. & Theophyl. referunt, ut sit sensus, ita nobis Deum cornu salutis erexisse, quemadmodum per Prophetas olim promiserat. Aut ad sequentia saltem ex inimitis nostris. Vtrumque congruit, sed illud probabilius. Vult Zacharias, & Dei hunc commendare, quod quae promiserat de futuro Messia fideliter praesertit, idem enim est sicut locutus est, ac si diceret, sicut promiserat: & ostendit eam quae de cornu salutis, id est de Christo iam missio, dixerat vana non esse, sed vera, & Prophetas praedicta. Prophetas itaque omnes, dum neminem nominatum citat, testes adducit, & quo magis eorum testimonium commendat. sanctos appellat, quasi ex parte omnium maiores. Quod vtrumque & quod Propheta, & quod sancti fuerit, eo valet, ut eos credamus vera praedixisse. Quod dicit, qui à saeculo sunt, aut fuerunt, vtrumque enim modo verum potest, quidam finitelligunt, quasi omnes omnino Prophetas, qui ab initio conditi mundi fuerunt, de Christo prophetaverint. Nam & Adam ipsam cum dixit, Ihu nunc ex osibus meis, & caro de carne mea. Genes. 2. 23. ad Christum, & Ecclesiam prophetasse, testatur D. Paulus ad Ephel. 5. 31. Et Moyse, quinquae libris legis de Christo scripsisse. Christus ipse docet Ioan. 3. 46. & de reliquis Prophetis obivium non est, quia erit non omnes fortasse nominatum de Christo locuti sunt, tamen omnes eorum prophetiae, aliae quidem longius, aliae vero propius in Christum prospicebant, ita Beda. Simplicius etiam interpretari possolumus, ut Hebraismus sit. & quae à saeculo sunt, id est qui olim fuerunt, quasi dicat, sicut locutus est per os veterum suorum Prophetarum. Quemadmodum Genes. 6. 4. dicitur, sicut sunt potentes à saeculo viri famosi, id est, illi iure gentes illi antiqui adeo celebrati, & Psa. 124. 6. Reminiscere miserationem tuam quatuor Domine, & misericordiarum tuarum, quae à saeculo sunt, id est antiquarum, quemadmodum explicatur Psa. 88. 30. Ibi sunt misericordiae tuae antiquae Domine, sicut iurasti David in veritate tua? Similis locutio est illa Psa. 118. 4. 4. Et custodiam legem tuam semper in saeculum, & in saeculum saeculi, id est aeternam.

71. Salutem ex inimicis nostris.] Sicut locutus est, id est quemadmodum promiserat nobis, salutem ex inimicis nostris, id est fore, ut nos ab inimicis nostris liberaret: ita erexit nobis cornu salutis, id est liberauit. Beda & Euthym. exponunt erexit nobis cornu, salutem ex inimicis nostris, quasi appositio sit, quod non temere probaverim. Quos inimicos Zacharias intelligat Evangelista non dicit, ac nisi certo sciretur Zachariam afflatu Spiritus sancti locutum fuisse, suspicio aliqua subire animum posse ludaeorum more, & opinione loqui, qui Christum Regem ideo venturum putabant, ut se ab hostibus carnalibus, id est à Romanis, & Galis Genibus, à quibus opprimebantur, liberaret, & in regnum restitueret. Sed licet Christi regnum spirituale fuit, ita debemus existimare de spiritualibus inimicis Spiritum sanctum per Zachariam loqui, id est, de dem omnibus, ut Theophyl. & exponit. Unde colligitur, quod ad intelligendum Prophetas diligenter est observanda, Zachariae hic interpretari quic quid veteres Prophetae de ludaeorum liberatione ex hostium potestate vaticinantur, ut Ihuas cap. 19. 10. & 36. 15. & 37. 32. & Ieremias cap. 15. 20. 21. & 39. 17. & Ezechielis

76

Christus David dicitur, & eo nomine promittitur

Propheta omnes de Christo prophetasse, & quomodo

Hebraismus

Indivisum opinio de Christo regi

12. 21.

77

Repetitio Iheremias 9. 11. 12.

13. 21. & 34. 22. 33. & Osee 13. 14. & Micheas 6. 4. Nemo autem Prophetas legens nudam sequatur historiam, cum videat ea etiam, quae maxime historica videntur interprete Zacharia in Christum speclare. Et de manu omnium, qui oderunt nos.] Intelligitur omnium, sicut locutus est, id est promissit salutem, liberationemque; de manu omnium qui oderunt nos, hoc est fore, ut nos liberaret ad Heb. eos in his praesertim duobus nominibus frequentissima, Psa. 17. 18. 41. & 20. 9. & 43. 11. & 54. 13. & 67. 2. & 88. 24. & 105. 10.

72. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.] Quae est misericordia, ut faceret misericordiam cum patribus nostris. Aut ideo promissit salutem ex inimicis nostris, ut cum patribus nostris faceret misericordiam: vtrumque enim referri hoc potest. Si priori modo interpretemur, sensus est misericordiam suam erga patres nostros Deum ostendisse, quod filium suum misisset, quemadmodum Origenes, Beda, Theophyl. & Euthymius interpretantur. Si posteriori, Deum tunc cum promissit magna in ea ipsa re erga patres nostros misericordiam vultu fuisse, quia propter eos Christum nobis promissit. Sed quia pietatem sensum sequuntur, eum & nos sequuntur, exponaturque quomodo patres illi nostri iam tunc mortui ex Christi adventu Dei misericordiam dicantur percepisse. Id duobus modis Auctores intelligunt. Origenes homil. 10. & Theophylact. in commentariis, quod illis etiam patribus Christi aduentus, & redemptio proficere, fide enim & gratia nascitur Christi salvati sunt. ut ait Petrus Actuum 13. 23. Euthymius vero, quod propter illos recordatus fuerit Deum promissit sui, & miserit Christi. Misericordiam enim erga illos fuisse, non modo, quod illis Christum promississet, sed etiam quod suo miserit tempore, vedatum illis servaret fidem. Hoc magis placeat, quia sequitur, Et memorari testamenti sui sanctis, quae explicatio videtur esse praecedentis sententiae. Itaque frustra hic Caluinus disputat misericordiam Dei, non patriarcharum meritum fuisse, quod Christus nobis datus fuerit, quasi id quicquid nostrum negaret. Melius ex hoc loco collegisset multa nobis beneficia conferre Deum propter sanctos illos patres, quod ille cum discipulis suis negat. Nec enim obscurae Zacharias indicat in gratiam illorum cornu nobis salutis erexisse, ne eius faderis, quod cum illis tam amicitiae, gratique sibi hominibus pepigisset, obliuisci videatur.

Memorari testamenti sui sanctis.] Vt sancti faderis sui cui illis iuri recordaretur. Explicatio est, ut modo diximus superioris sententiae. Gracimus quoque idem recordat, id est ut recordaretur. Reminisci testamenti sui sancti veritatem Irenaeus interpretat lib. 3. c. 11. Quid autem testamentum vocet, statim explicat.

73. Iustificandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum.] Quae est iustificatio, ut iuravit ad Abraham patrem nostrum sensu facilis, verbis difficilis. Iustificandum Graece accusativus est, unde regatur non apparet. Quidam vitium suspicantur, debere quae pro Abraham legi, id est iustificandi, quod & facilis error fuerit vitium literae in literam similem mutatione: quodque genitivus etiam praecedens dicitur testamenti, ut appositio esse videatur. Memorari testamenti sui sancti iustificandi quod iuravit ad Abraham. Vitendum haec coeiecura iudicarem, si esset necessaria, & alium codicis auctoritate probaretur. Caeterum quid attinet locum corrigere, quem postsumus aliter interpretari: quoniam & omnes codices, & omnes interpretes aliter legentur: Si liceret exercere ad hunc in modum ingenium,

multas non minus subriles coniecturas inveniremus, quibus non corrigeremus, interpretemurque: sed perverteamus literas sacras. Alij praepositionem & secundam, intelligenda esse putant, sicut cum Graeci dicunt Iesus est pro Abraham. Quia ratione sensus quidem facilis est, & consequens, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti secundum iustificandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, id est sicut iuravit Abraham patri nostro. Quemadmodum Maria dixit ver. 55. sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in saecula. Alij hoc iungunt cum verbo sequenti, daturum se nobis, ut sensus sit, Memorari testamenti sui sancti, & Ihuas iuris, & dare nobis iustificandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, id est ut record uterque testamenti sui sancti, & ut nobis praestaret, quod se praestitum iuravit Abraham patri nostro. Quod nimis mihi violentum videtur, & quia dura ratiocinatio est, iustificandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, ut daret nobis, & quia Aristoteles dare iustificandum, id est praestare quod iureiurando promissum, nescio an quicumque Graece loquens dicere poterit. Theophylactus, & Euthymius referunt ad verbum praecedens, Recordari, ut sit methetesis casus, & idem verbum quod paulo ante genitivum habuit, nunc accusativum habeat. Cuiusmodi figura supra notavimus ver. 55. sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in saecula. Ego sic intelligo, ut sit appositio, non vilius quidem verbi, sed totius praecedentis sententiae. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, iustificandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, id est, quod est iustificandum illud quod iuravit ad Abraham. Arque ad hunc nisi fallor modum intellexit Beda. Ad quod autem iustificandum Abrahamo praestitum alludat, alia est quaestio, ad quam recte Theophylactus respondet ad illud Genesim 22. 16. 17. allusionem fieri per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti bene rem, & non peperisti filio tuo vnguento propter me, benedixi tibi, & multiplicabo seminem tuum super stellam caeli, & veniet arenam, quae est in litore maris: possidebis semen tuum, uti in inimicorum tuo, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae.

74. Daturum se nobis.] Explicat ut ait Euthymius, quid in illo iureiurando contineretur, nempe fore, ut hoc nobis daret, hoc nobis concederet beneficij, ut liberati de inimicorum nostrorum potestate sine timore, id est libere illi servemus. Qui timorem hoc loco servilem quem vocant interpretantur, verborum nexum non animadvertunt, qui satis aperte ducet non de timore Dei, aut terribili, aut filiali, sed de timore inimicorum agi, sine quo essemus Deo libere servituri. Theophylactus non probat sententiam, ad verbum agitur sine timore cum participio iustificandi liberati iungentis, quasi sententia sit non alias non sine timore, id est non sine periculo, non sine bellicis cladibus, non sine sanguine liberatos fuisse, nunc vero sine vilo timore, ac periculo liberandos. Acutius vidit Euthymius hyperbaton esse eo modo quo exposuimus resolvendum. Quando hoc factum fuerit, perpetua Ecclesiae vexatio facit, ut merito dubitemus. Si quemadmodum ver. 71. docuimus, non de corporalibus, sed de spiritualibus hostibus hoc intelligimus, quemadmodum omnes fere interpretes intelligunt, sententia est facilis, & alis scripturae locis explicata. Nolite, inquit, timere pusillum grex, quia completa est vobis regnum. Ihuas cap. 12. 32. & 33. Et ceterum sum, inquit Paulus Roman. 8. 38. 39. quia neque mori, neque vitae, neque angelis, neque principatibus, neque virtutibus, neque insantiis, neque futuris, neque adversis, neque profundis, neque

Timor nimis

Remo la- dicitur nisi a suo p.

Heb 9.10.

Joan. 4. 23.

Joan. 7.14.

creatura alia poteris non separare a charitate Dei, que est in Christo Iesu Domino nostro. Quid ergo alibi iudicet nos cum timore & tremore, nostram ipsorum salutem operari ad Philip. 2. 11. & alibi, Fides sua. & non alium sapere, sed vult ad Rom. 11. 20. Iubet nos a nobis timere, non ab hostibus. Nam hostis quidem non solum per Christum debilitatus, sed victus omnino, atque ligatus est Apocalyp. 20. 2. Non tam ille in nos inuadit, quam ipsi nos in illius manus datus. Circuit quidem tanquam Leo rugiens, querens quem deuoret, i. Petri 5. 8. sed ligatus circuit, quales solent circumferri vrsi, nec motere nos potest, nisi volentes, & quodam modo prouocantes. Quare inquit, qui vobis nocent, si boni amulatores fuerint, i. Petri 13. 3. Vera est Chryso. sententia, neminem ledi nisi a seipso.

75. In sanctitate et iustitia carum ipso omnibus debui nostro. Non solum declarare mihi videtur, quomodo Deo, quem admodum dixerat, letare debeamus, sicut Beda, & omnes fere interpretes existimant: sed etiam Euangelium legi tacite opponere, & cuiusmodi sit vocatio vite Christiane breuiter indicare. In veteri nimirum lege, qui Deo seruebant, non tam in vera sanctitate, atque iustitia, quam in vmbra quadam iustitie, ac sanctitatis, id est in vrbis carnis, vt loquitur D. Paulus, seruire videbantur. In Euangelio vero non in vmbra, sed in veritate, non in iustitia carnis, sed in iustitia spiritus ventris. Venerit, inquit, hoc, & nunc est, quando veteri adoratores ad adorandum patrem in spiritu, & veritate. Atque hæc est vocatio vite Christiane, vt pie, sancte, & iuste viuamus in hoc sæculo 1. Thep. 4. 7. & ad Titum 2. 12. Theophyl. & Euthym. sancta. em, & iustitia ita distinguunt, vt sanctitas ad Deum, iustitia ad homines sit. Itaque his duobus verbis, vt alij quidam adnotauerunt, vitæ tamq. legis tabulam contineri. Magna in hi probabile videtur, vt iustitia generaliter accipiat, omnes que virtutes, etiam ipsam in Deum pietatem comprehendat.

Carum ipso. Omnes sic interpretantur, non fidei, non simulate, sed vere non solum hominum, sed Dei etiam iudicio, Theophyl. & Euthym. Phras. quidem Hebraica id proprie significat, vt verb. 6. expolimus, sed tamen hoc loco maiorē quandam vim habere mihi videtur. Opponit enim, nisi fallor, legi Euangelium. In lege homines non Deum, sed Moysem, aut alium Prophetam, vel sacerdotem videntes Deo seruebant. In Euangelio vero ipsum inuidentes Deum, id est Christum, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Itaque omnes facti sunt doctores Dei, ex ipso Dei ore salutem habuerunt Ioannes 6. 45. Hoc est, quod ait Petrus ad Corum 10. 41. 42. se, & ceteros Apostolos ordinari fuisse à Deo testes resurrectionis Christi, qui manducauerunt, & biberunt cum illo. Et Ioannes 1. epistola cap. 1. 1. Quod vidimus oculis nostris, quod per spiritum nostrum, & manus nostras conuersauerunt de verbo vite, annuntiamus vobis.

Omnibus diebus nostris. Neque his verbis solum predicauerunt, vt Beda, & plerique interpretes putant, signi ficut a bitior. Hoc enim est verum est, tamen est parum. Ego per tacitam oppositionem inter Euangelium & legem loqui mihi videtur Zacharias. indicans statum hunc Euangelice vite nullum esse nisi mundi finem habiturum, quem admodum status veteris legis finem habuisset. Neque hoc ad solum sanctam eius, & iustitiam, sed ad omnia pietatis edentia referendum existimo. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum omnibus diebus vite nostra liberari seruiamus illi, Significat enim Dei beneficium, quod decantauerat, sui perpetuum.

76. Et in puer Prophetam altissimi vocaberis. Eleganti & mirum supercaneam ad recens natum infantem vti-

tur apertrophe. Videtur enim puerum à numero ceterorum hominum excludere, & omnibus aliis hominibus vnum opponere, cum dicit, Erit, quasi dicit, tu vero puer non solum in sanctitate, & iustitia coram Deo illi seruias, sicut ceteri homines, sed Propheta etiam altissimi vocaberis. Ipsius Domini minister eius, & totius pars magna mysterij; tu nobis, vt sancte, & iuste seruiamus Deo, viam indicabis, nosq. ad Deum duces, donec cum nobis digito presentem demonstret. Quod dicit, Prophetam altissimi vocaberis, perinde est, atque si dicit, Erit, Hebræorum proprietate, vt supra verb. 32. & 35. explicauimus. Purat idcirco Clarus lib. 3. contra Valentinum, aliosq. in hoc loco Deum filiū appellari, quasi dicit Zacharias Prophetam Christi vocaberis. Hinc etiam probat aduersus Arianos non solum Patrem, sed etiam filium, in litteris sacris altissimum dicit. Queritur nonnulli, quomodo Zacharias non intelligerem alloquatur infantem. Origin. hom. in Lucam. Beda, Strabus, Theophyl. existimant intellexisse pueri patris verba. Nam quem admodum in vtero rationis illi vni anticipatur fuerat, sic in eorum nato permanisset. Id si recipitur, quod & diuina potestata, & Ioannis sanctitas, & tantæ que ad adorandos probabile faciunt, soluta questio est. Si non recipitur, responderi potest, non esse nouum, ne que à consuetudine lacrarum litterarum alienam, vt res non solum ratione, sed sensu etiam carentes homines alloquatur. Alloquitur Danid montes Gelybē 2. Reg. 1. 21. Montes Gelibone nos, nec pluvia veniant super vos. Alloquitur Iosue Solem, & Lunam Iosue 10. 12. Sol contra Gabaon non moueris, & Luna contra valem Atalon. Potuit etiam, vt Beda placet, Zacharias Ioannem alloqui, non vt ab eo, sed vt ab his, qui aderant, intelligeretur, eosque doceret qualis, quantumq. vir puer ille futurus esset, de quo paulo ante dubitauerat. Qui putat puer iste erit? Sicut Christus dixit Ioannis 12. 30. Non propter me hæc vox v. ni, sed propter vos.

Parat enim ante faciem Domini parare etiam. Dominum vocat Christum, ante cuius faciem præcessit Ioannes, cuiusq. præparauit vias. Iaque manifestum hoc est resu. ouum ad probandam Christi diuinitatem. Sed hæc omnia ver. 17. explicata à nobis sunt. Hic tantum notandum compellimus Zachariam à Spiritu sancto canere, vt dicant, palinodium. Nam cum hoc ipsum de nascituro Ioanne prædicanti angelo non credidisset, postquam, vt verb. 67. dictum est, repletus est Spiritu sancto, tenere le non poterit, quin id clara voce profiteatur, ac prædicet. Iuuar aliquando mirum fuisse, iuuat fuisse peccatorem. Surgit fortior aliquando virtus ex penitentia; & maiore contentione miles pugnat, qui prostratus iaceat.

77. Ad dandum scientiam salutis plebi eius. Docer, vt inquit Theophyl. quid sit, quod dixerat, parare vias Domini, dare nimirum scientiam salutis id est salutem viam demonstrare. Scientiam salutis dixit id est salutarem, noto Hebraismo, & Græce αἰσίν 77 dicitur dare scientiam, id est vt daret scientiam, sicut ante dixerat inuenirem parare, id est vt pararet. Sed nos interpres, ne oratio, si tot infinita aliud post aliud sequerentur, fieret obscurior, versionem variavit, quod in simili exemplo fecit supra ver. 72. Scientiam salutarem dedit Ioannes populo, dum illum docuit Christum verum esse Saluatorem, ignoratum ante, ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.

In remissionem peccatorum eorum. Non quod illis Ioannes peccata remitteret, neque enim poterat, sed quod homines doceret ad Christum venire, qui vere illis peccata remitteret. Ecce qui tollis peccata mundi, vt expolimus Matthei 23. 6. Quod Græce est ὁ ἀπολύων, pro eis ἀπολύων, mirum non erit, qui aliquem scripturæ Græce

Hebræismi. Hebræismi. Hebræismi. Hebræismi.

ὁ ἀπολύων. ὁ ἀπολύων.

Hebræismi. Hebræismi.

Hebræismi.

Joan. 1. 29.

Græce

ὁ ἀπολύων. ὁ ἀπολύων.

Hebræismi.

ὁ ἀπολύων. ὁ ἀπολύων.

Ca. hinc in harmon.

Joan. 1. 29.

Græce vsam habent. Poni enim pro eis sepe monemus. Itaque frustra quidam alias interpretationes adhibent.

78. Per visera misericordie Dei nostri. Visera misericordie vocat per Hebraismum misericordiam plenam aut misericordiam non fictam, & vanam, sed et inimitis Dei profectum v. i. c. bas, vt vocat D. Paulus ad Philippen. 2. 1. & ad Col. 3. 12. & Ioannes 1. epist. cap. 3. 17. Iurgenda autem hæc verba sunt cum præcedenti verbo, in remissionem peccatorum eorum. Docet enim Ioannem non ita diu sit populū scientiam, qua ipse suis meritis, sed qua diuina misericordia, & gratia peccata remitterentur, vt Theophyl. & Euthym. exponunt.

In quibus visitauit nos. Propter quæ visera misericordie visitauit nos, Hebraismum, cum pro aliis propter, vt apud Hebræos, ἕνεκα, vt multis aliis locis obleruauimus.

Visitauit nos. Venit, vt redimeret nos. Quid sit Hebræis visitare, diximus supra ver. 68.

Oriens ex alto. ἅνατολὴ εἰς ἄρctus, ortus solis ex alto. Itaque oriens non est participium, aut nomen adiectiuum, sed substantiuum, sicut ortus, ortos, quod maiorem ratiōem emphasim habere. Vocat a. Christum ratiōem Salem, vt Malachie 4. 2. & Sapientie 5. 6. etūq. ad nos aduentum Solis ortum, quem admodum Itaque 60. 1. 2. Et Malachie 4. 2. Quod a tunc addit ex alto, indicat quid inter Christum Solem nostrum, & Solem istum mundi commuicatio inuenitur quod hic non ex alto, sed ex terra, aut ex Oceano, vt Poeta loqui solent, orti videatur: Christus vero ex alto, quia rebus quodammodo lineis de celo ad nos vsq. descendit. Significat etiam Zacharias primam originem Christianitatis non exterta, sed ex celo fuisse, quia non ex viro, sed ex Spiritu sancto conceptus fuerat, & non hominam, sed Deus et homo erat; Deus de celo, homo de terra, id est de vtero virginis natus. Sic enim veteres Auctores interpretantur illud Psal. 8. 12. Veritas de terra orta est, & iustitia de celo profluxit. Itaque cum dicit, ex alto, nō modo Soli isti communi, sed ceteris etiam hominibus, qui ex terra sola, quod ad corpus arriue, originem trauertit, tacite Christum opponit. Illuminat autem nos dicitur eius ortus, sicut Solis ortus hēmisphærium nostrū illuminat, nō solum propter doctrinam, quia viam nobis salutis ostendit, nam isto quidem modo etiam Ioannes illuminauit, quia et si Sol non erat, nec lux vera Ioannis 1. 8. Erat tamen lucerna ardens, & lucens, Ioan. 5. 35. sed multo etiam magis propter salutē ipsam, quam nobis attulit, & vitam omnium spirituum alium donorum affluentia tedundāntem. Hebræis enim, sicut res omnes aduersas tenebras vocant, ita prosperas lucem appellant Itaque 8. 20. & 9. 2. & 30. 26. & 60. 1. & Pl. 2. 3. & 96. 11. & passim apud Prophetas. Puto non magni esset, sed vellicare iuuat hæreticorum interprete. His vno erat verbo, & quia nomen orientis hoc loco orientalem regionem significare dicitur, nō non regionē, aut locum, sed actum ipsam orientis Solis declarat. Neq. enim regio villa, sed Christi ortus, id est aduentus nos illuminauit: & quia scribit illudisse Zachariam ad locum Zacharie Prophetæ ca. 3. 9. & 6. 12. cum illic non sit Hebraice 7777, quod Solis, sed 7777, quod germinū ex terra ortum significat, vt nonnulli ante nos interpretes obleruauerunt.

79. Illuminare bis, qui in tenebris & vmbra mortis sedent. Reddit caulam, cui visitaueit nos Oriens ex alto, nepe, vt illuminaretur, qui in tenebris, & vmbra mortis sedebant. Illuminare bis, & non hos dixit Latinus interpretes Græcam secutus phrasim, ὁ ἀπολύων τὸν ἕνα τὸν ἑναυοίς, illucelare eis, qui sedent, id est lucem illis portingere. Quia disputant viam ἀπολύων Græce, & illuminare Latine inuadit hoc loco, an imperandi modū sit,

rem minime dubiam in dubium m hi videntur reuocare. Quid sit illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, superius verba docuimus. Quid fit in tenebris, & vmbra mortis sedere, ex contrario intelligi potest, nō in magna solum ignorantia, sed etiam in peccati infirmitate, & vmbra mortis statu verlati, qualis peccati status mīricum est, vt Gregor. lib. 4. Moral. c. 17. his verbis exponit. In vmbra mortis sedere, est à diuina amicitia in obliuione latere. Sedere autem hoc loco pro habitare ponitur ex Hebræorum idioma, apud quo יָשַׁב vtrumque significat, & sedere, & habitare, Plal. 136. 1. Itaque 32. 16. 18. & Hieremie 41. 17. aut simitar pro iacere, quem admodum id e. verbum apud Hebræos Itaque 3. 26. Et merebunt, atque lucebunt portae eius, & desolata in terra sedebit, & Ieremie 15. 18. Au. Regi, & dominatrici, Humiliamini sedere, quoniam desolatio de capite vestro, corona glorie vestra. & Theroet. 1. 1. Quomodo sedet sola ciuitas, id est quomodo desolata iacet. 7777 vmbra mortis ab Hebræis tristissima rerū facies vocat, sumpta ex oblacris, & vmbrosi septicidii familiaritate, quibus nihil videri potest trīstius. Vide, quæ de his verbis diximus apud Mattheum c. 4. 16.

Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Redde cōtra gite hæc duo, illuminare, & pedes dirigere; propterea enim vti solemus lumine, vt pedes dirigamus, id est ne offendamus in via; maxime cū de tenebris, & vmbra mortis loqueretur; solemus enim nō dū incedentes, ne impingamus, aut à via aberentur, prætere facem. Similis est illa sententia Psalmi 118. 105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitæ meis. Viam pacis vocat, aut qua itur ad pacem, id est ad beatam vitam, (soler enim Hebræi felicitatem suam pacem appellare Pl. 118. 11. & 36. 11. & 71. 7. & 72. 3. & 118. 165. & 124. 5. similis Phras. est, Pl. 12. 4. Illumina oculos meos, ne vquam obliuiscam in morte, id est ne sedeam in tenebris, & vmbra mortis,) aut viam pacis vocat, viam vitam, rectam, planā, sine vilo errore, sine vilo offendulo, sine vilo periculo, vt alludatur ad prophetiam Itaque c. 40. 3. 4. Parate viam Domini, rectas facite in soliditudine semitas Dei nostri. Omnis vallis erit arida, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt præua in directā, & aspera in vias planas, vt Gregor. exponit homil. in Euangelia 33.

80. Puer autem. Ioannes Quia de reliquo vite leāsioris tempore vsque ad annum tricesimum nihil dicere constituerat Euangelista, prælibauit hæc pauca, vt eius infantiam cum virili cōiungeret ætate, vno verbo declarans, quid interim egerit, cretulle nimirum eum, & corpore, & spiritu, & in deserto à pueritia sua discessisse, ibiq. commoratum, quo ad tricesimum natus annum predicare incipere.

Cretebat, & confortabatur, vt illud ad cotpus, hoc ad animum spectet. Facit hæc etiam in te Ioannem similem Christo, de quo dicit c. 2. 1. Iesus proficiebatur sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Cōfirmari videtur hoc loco Origenis, Ambrosij, Bedæ, & Theophylacti sententia, qui, vt diximus ver. 76. existimant Ioannem etiam infantie tempore rationis vim habuisse. Quomodo spiritus in illo confortaretur, exponit Theophylact. non quod spiritus cretcebat, sed quod crescente corpore magis appareret, siue diuinum, siue humanum spiritum intelligamus, vtrum que enim intelligi posse video. Potest etiam spiritus pro spiritu effectu, id est pro virtute accipi, quam vero simile est non solum magis sese crescente corpore ostendisse, sed vere etiam cretulle cum corpore: hoc enim Ioannes à Christo distabat, quamuis idem de vtroque dicitur, quod Christus sapientia, & gratia crescere nō poterat, Ioannes poterat.

Ei erat in deserto. Indicat statim à prima pueritia in solitu.

Hebræismi.

Hebræismi.